

i. 1608. Et eloquentiae studium promoveo.  
ad act. XI. Dignissimum est ut  
fratrem

S.

Copie

318

260.

Cupio, mi Miekinii, ut quam sapientius me exteriorum facias, quid agant pueri  
mei, ut studia ipsorum procedant, et quid in singulis observaris quod a me  
expedit correciam aut Laudatura. Cum rudimentis porro que opinor,  
breui deuorauerint, summopere commendo ut ab omni genere vocabulorum  
inueniam probè instructos. Tog, ut recte atq; ordine fiant, necesse erit  
singuli in Libellos, ad hoc consuetos, sua manu referant quocumq; &  
vocabula te preceunte exeperint, una cum interpretatione Latina ex  
adverso opposita. In ea re quo rursum confusio evitetur, curabis ut  
singula in suas classes suo modo redigant, quas in folia aut paginas sic  
distributas velim, scilicet ut suus Locus, pagina, vel etiam plures paginae  
sunt nominis Substantivo, suus Objectivo, suus Pronomini, verbo, Adverbio  
(nam de Participio non est quod hic solliciti simus) Prepositione, Conjunctione,  
Interjectione. His enim dictionariolis, sua manu collectis, tam familiariter  
assuescent, ut quam mœ in promptu habituri sint que necesse est vocabula  
circa Eae initia non ignorent, fieri, procalculo ut paucis morsibus  
Latine sic balbutiant, ut de Leuisculis Grammatices et porro etiam  
Systaxeos regulis admoniti, usi deinde et fabellarum pectus facilem  
dicendi copiam acquirant. Vale, et quod dicebam, sapientius ad me  
scribe quid rei agatis. In castris ad Bredam 17. Sept. 1637.